



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt V. De defectibus nostratibus, à substantia animæ Christi remouendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

Danieli; fulgebunt sicut stella in in secula: Et hæc quidem necessarii disputamus, ut procul à superbia recedamus: Sodomiti; cum quippe peccatum est, superbi iniquitas.]

Ve erga seipsum humilis quisque esse debet, præ tanta gratiæ Christi plenitudine: quæ omnes haurimus, ita summè erga Christum gratus esse obstringitur; quod ea plenitudine demonstrata, sic collegit Petrus Damiani opuscul. 6. c. 1. [Quia ergo ab uno illo fonte, omnes iusti hauriunt unde viuunt; ad illum, necesse est, semper gratias agendo, recurrant: nec supernæ gratiæ dona ab alio se posse percipere credant, nisi ipso largiente, à quo hæc certum est, emanare. Qui enim domini nominis, non Deo, sed homini se debitores exhibent, tamquam à sui fontis irrigatione siccati, necesse est ut deficientes atrescant, nec in semetipsis valent stare, dum ab originali plenitudine fontis, obliuiscuntur vbertatem suæ vegetationis haurire. Unde non inuoc. propter Salomonem dicitur: omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum unde exierint flumina, reuertuntur iterum fluunt. Hunc excursum atque recursum spiritualium fluminum, mysticè Lucas Evangelista describit; cum ait: quod conuocatis Iesum discipulis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia demonia, & ut languores curaret, & misit illos prædicare regnum Dei. Ecce egressus fluminum; ac postmodum subdit: Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi, quacumque fecerant. Ecce reditum fluminum. Ad locum ergo unde exierint, flumina reuertuntur; quia electi quique illi se debitores esse non ambigunt, à quo exelicer hauriant, omne quod spiritualiter fluunt.

Rapertus denique l. 1. de opet. Spiritus sancti c. 27. optimè considerauit, tantam hanc gratiæ Christi plenitudinem, in scriptis proponi mortalibus ut inuisceretur haurire.

CAPVT V

De defectibus nostratibus, à substantia animæ Christi remouendis.

100. Si inter defectus nostrates animæ, quod non nullus facere video, recenserem passibilitatem, non esset quod cum defectum à substantia animæ Christi vitiis remoueremus. Verè enim anima Christi dum in corpore mortali habitauit, fuit passibilis, & sensu doloris tangi potuit, & verò etiam tacta est. Tamen quia passibilitas illa non est in Christi anima nisi per corpus, & ratione facultatum sensitiuarum corporis conlectarum, merito inter defectus corporis numeratur, non inter defectus animæ. Et ideo nullum inuenio peculiarem defectum in anima Christi admitendum, ex illis quos animæ nostræ hinc subeunt.

Peccatum originis ipsam animæ substantiam inficit.

Inter illos autem nostrates defectus animæ quos à Christo eliminare necesse est, inuenio peccatum originis. Hoc enim peccatum propriè & essentialiter sumptum, est in ipsa animæ essentia: in quo differt ab alijs peccatis lethalibus, quæ tamen inferunt priuationem gratiæ inessentialis substantiæ animæ, tamen non sunt in ipsa in gratiæ priuatione, afficiente substantiam animæ: Ex quoque priuatio, est duntaxat vnus effectum vitiorum peccati grauis: formaliter autem peccata prædicta sunt commissiones, vel omissiones prauæ, inficientes voluntari. At peccatum originis est formaliter in substantia animæ, ut docet D. Thom. 1. 2. qu. 82. art. 2. & ibi Cisterciensis, Conradus & Medina. Debet enim ibidem locati remocio & priuatio formæ, ubi est forma. Atque gratia, cuius priuatione constituitur peccatum originis, recipitur immediatè in anima, tanquam

in subiecto termini generationis spiritualis, qua homo in Dei filium adoptione transcribitur. Igitur peccatum originis inest substantiæ animæ, eamque deformat atque commaculat: proindeque numerari debet inter defectus nostrates animæ, non item priuationes cæterorum donorum supernaturalium, quia cum hæc dona potentius accidunt, defectus eorum annumerandi sunt defectibus potentiarum, non defectibus substantiæ animæ, quos nunc inquirimus. De illis autem alijs, agemus in sequentibus, tractando perfectiones potentiarum.

Peccatum ergo Originale, defectum nostrum sanè terretimum, si à substantia animæ Christi remouendum dixerò, operam lusisse videri potero, cum id & certissimum sit, & nemine refragante habeatur exploratum. Tamen quia hæc ipsa de re, grauissimum planè scriptor S. Anselmus accuratè disputauit, integro libro quem de conceptu virginali actiuo inscripsit, res visa est non prorsus prætereunda, sed tanti Patris premeditando & relegendo vestigia, nonnihil agitata: præsertim ut germana ratio ob quam Christus huic peccato obnoxius esse non potuit, innotescat. Quod verò occasione libri illius conscribendi, S. Anselmus in eius præfatione, fateatur hautum esse ex opere suo, cur Deus homo, vbi l. 2. cap. 16. affirmat, præter rationem quam ibi tradit cur Christus à massa peccatrice humani generis velut azymum de fermento decerpi potuerit, (quo eodem modo locutus est Ioannes Monachus Epistola vltima ad Philippum Abbatem) aliam quoque rationem tradi posse, diuersam ab illa prima quam in prædicto c. 16. proponit: idcirco quæ illa prima ratio fuerit, & an firma ac solida esset, præmittendum videtur.

Prima ex D. Anselmo ratio, ad illud remouendum à Christo, parum solida.

101. Interrogareo 16. capite Anselmum Magistrum, Boso Discipulus, quomodo Deus efformauerit Christum nitentem ac sanctum, de massa peccatrice, & ex matre peccati fermento infecta. [Nam licet ipsa, (inquit) hominis eiusdem conceptio sit munda, & absque carnalis delectationis peccato, Virgo tamen ipsa, unde assumptus est, in iniquitatibus concepta: & in peccatis concepit eam mater eius, & cum originali peccato nata est, quia & ipsa in Adam peccauit, in quo omnes peccauerunt.]

Ita quidem Boso discipulus, non tamen S. Anselmus, quamuis discipulum sic argumentantem refert, nec ob hanc causam reprehendat; quia ad argumentum Bosonis, quomodo scilicet Christus posset esse sanctus, cum esset satus ex nostro genere & ex massa peccatrice, permagni interesse videbatur supponere matrem ipsam Christi fuisse originaliter peccatricem; & natam; id est conceptam, iuxta illud, quod in ea natum est, & c. in peccato fuisse. Et sanctitas Christi de qua S. Anselmus agebat, eo supposito futura erat multo illustrior. Quia igitur optimi Magistri est, difficultatem non dissimulare, eamque in re proposita quoad Christum, quæcunque matris origo, munda an immunda supponeretur, æquè dilucida erat S. Anselmus, merito subicitur id reprehendere, ne defugere principalem difficultatem videretur, eiusque enodationem non ad exploratæ veritatis de immaculato B. Virginis statu, inædificare. Quæ mihi solutio argumenti ex hoc Anselmi loco aduersus puram Deiparæ conceptionem petiti, longè probabilior apparet, quàm illa alia à recentioribus tradita & à Mayronio in 3. dist. 3. q. 2. art. 12. nimirum ut S. Anselmus tantum egerit de immunditia conceptionis, quantum erat ex vi productionis ex Adamo. Cæterum tantum abest, ut S. Anselmus nitori conceptionis B. Virginis eiusque initiali sanctitati sit aduersatus, ut potius, quod in Syn-

taxi opusculorum eius annotati, ad fragmenta operis de conceptu virginali passiuo, non modò pro immaculata Deiparæ conceptione steterit, sed primarius quoque in Anglia & Gallia, eius agnoscendæ, & festo dicato celebrandæ, auctor fuerit.

Sic igitur proposita à Bosone discipulo difficultate, aduersus Christi sanctitatem, ob exortu ex massa peccatrice; Respondet S. Anselmus cillo 16. primum si id comprehendendi à nobis non posset, mirum haud quoquam foret, cum in tam sublimibus Dei operibus ferè cœciti sumus. Deinde addit, B. Virginem, per Christi ex ea procreandi fidem, fuisse mundatam, priusquam ex ea efformaretur Deus homo. Itaque mirum non esse, si Christus, ex massa licet peccatrice, per matrem ex se & vi originis peccato obliuendam sed diuinitus præseruatam, atque antecederet ex fide mortis Christi mundatam, editus; sanctus esset ac nitens. Per eam occasionem, S. Anselmus digressus ad explicandam Christi in morte obunda libertatem, concludit eam excursionem post medium capituli 18. dicens, liquidò monstratum esse, quomodo Christus ex massa peccatrice, sanctus & purus procreatus potuerit. Nec tamen negare se, quin alia præterea sit ratio idonea remouendi à Christo peccatum originis: sed quod illa è multis principijs de peccato originis repetenda esset, longo ductu & anfractu rationum, eius se tunc scrutatione supersedere, facta spe eius per otium exquirendæ. Sic ibi S. Anselmus. Verum hæc prima ratio ex eo proposita, ad remouendum à Christo peccatum originis, non est reuera solida. Nam si Beata Virgo concepisset de viro, quantumvis ipsa fuisset mundissima, itemque vir & congressio abique peccato, tamen soboles fuisset maculata peccato originis: æquè ac nunc ex iustis & mundatis, nihilque iam habentibus in se damnationis, nascuntur filij iræ.

Alia, eaque solida ratio, ad idem.

102. Quare meritò S. Anselmus, aliam huius rei solidam rationem prolaturus, & datam fidem liberatrus, librum de conceptu virginali conscripsit quo in prioribus capitulis, aliqua de originali peccato, eiusque principijs & subiecto, præfatus; tandem c. 11. ad illam aliam rationem eruendam accingitur: illud primum statuens, par omnino fuisse, Christum ex Adamo & Eva progigni, vt qui redempturus erat genus humanum, esset & nasceretur ex patre & matre omnium. Quod tamen Christus ex Adam & Eua progenie genitus esset mirabiliter, quippe ex sola virgine matre procreatus, non voluntate humana, sed Deo supra naturæ leges sic operante per Virginem, concludit c. 12. non debuisset peccatum in Christum cadere; quippe qui non ex Adam præuicatoris voluntate procreatus esset, sed de Spiritu sancto ex Virgine. Adamus autem nulli perdidit bona accepta, nisi illis quorum generationis potestatem voluntati subditam accepit: hoc est omnibus præter Christum hominibus. Hanc rationem breuiter c. illo 12. tractam, & in sequentibus illustratam, sic enunciat cap. 22. [Valdè diuerso modo iste erat in Adam, quando peccauit, quàm erant illi qui voluntario & naturali cursu procreantur. Illos ergo quodammodò facit Adam, quos per acceptam potestatem humana voluntas seminando, & natura germinando procreat. Istam verò non nisi Deus fecit, quamvis de Adam: quia non per Adam, sed per se, velut de suo. Quid ergo conuenientius ad ostendendum magnitudinem bonitatis Dei & ad plenitudinem gratiæ, Adæ concedere, quàm vt quorum esse in illius potestate sic erat, vt quo ille naturaliter erat, hoc illi per illum essent, ita quoque in eius esset arbitrij libertate; vt qualis erat ipse in iusticia, & felicitate, tales eos propagaret? Hoc igitur illi datum est. Quoniam itaque in tantæ gratiæ celsitudine positus, quæ bona sibi, & illis seruanda ac-

ceperat, sponte deseruit; ideoque filij perdidit, quæ pater illis conseruando dare posset, non seruando abstulit.]

E contrario igitur Christus, quia non sicerat in Adamo vt ceteri, nec ex eius arbitrio & potestate naturali procreatus est, sed diuina manu; meritò caruit labe parentali, eamque vi originis incurrere non debuit. Hanc ipsam rationem priori iam reiectæ nexam, adhibet S. Bernardus serm. 1. de circumc. Dom. [Quod peccatum non contraxeris, multò certius probat Patris diuinitas, integritas matris. Summus sacerdos es, quem nec super patre, ne super matre contaminandum prophetatum est in lege, potius quàm mandatum. Est enim tibi Pater ab æternis, sed Deus, in quem peccatum non cadit. Est & mater ex tempore, sed Virgo, nec parere potuit incorrupto corruptelam.]

103. Eandem rationem excludendi à Christo peccatum originis, valituram esse pro quocumque similiter concepto, etiam si Deus non esset, affirmat S. Anselmus cap. 13. [Nimis enim inquit] absurdum inteligitur, vt per illud semen, quod non creata natura, nec voluntas creaturæ, non ulli data potestas producat aut seminat, sed solus Dei voluntas propria ad procreandum hominem, noua virtute, mundum à peccato de Virgine segetas, alieni peccati seu debiti, sine penæ ad eundem hominem necessitas vlla pertranseat: etiam si non assumatur in persona Dei, sed vt purus homo fiat. Nam eadem ipsa ratio: qua non debuit Deus, Adam facere nisi iustum, nec aliquo debito siue incommodo grauatum, aperte mens rationalis cognoscit eum, quem similiter propria virtute & voluntate procreauit, alicui malo subditum fieri non debere: quoniam nimis inconueniens est omnipotenti & sapienti Dei bonitati, talem facere rationalem naturam, sola propria voluntate, & de materia in qua nullum est peccatum. Quod qui non intelligit, non cognoscit, quid Deo non conueniat.] Imò addit D. Anselmus hominem à Deo sic conceptum, necessariò fore iustum & sanctum, sicut fuit Adam cum est conceptus. Quod intellige, de necessitate decernit. Nam absoluit loquendo, homo vi solius productionis de Deo ex aliqua Virgine, non esset sanctus nisi negatiuè, sed posset esse in pura & nuda natura; quamvis vi illius productionis, nullomodo posset incurrere peccatum etiam post Adam lapsum atque ruinam.

Canilli in DD. Anselmum & Damascenum.

104. Hoc postremum, nonnullis in D. Anselmo displicuisse, illudque grauiter notasse, refert Auctor Anonymus qui paulò post Anselmum, tempore B. Bernardi, scripsit declarationem eidem B. Anselmi libro subiectam. Beccensis fortasse quispiam, vel ex Anglicano aliquo cœtu, Anselmum agnoscente patronum: nam sæpè sic nominat, *Anselmus noster*. Existimabant ergo ij, quos refert, S. Anselmi censores ac æmuli, totam rationem cur Christus nulli planè peccato, atque adeò neque originali subiaccere potuit, etiam si ex semine humano esset procreatus; fuisse quod Deus esset. Vnde quia homo purus ex Virgine aliqua conceptus, non esset Deus; inferebant, fore vt talis homo subiaceret peccato originis. Idque omnino contendebant asserendum, ne enervetur ratio qua Christi immunitas a peccato originis asstruitur, non quia filius Virginis, sed quia Deus fuit. Verum hi, vt rectè aduertit prædictus Anonymus, ex falso principio ratiocinabantur, & sedem peccati originis. Vnde si sit solitarium, nec expurgeretur per Dei assumentis operationem, (quod non fieret si homo purus ex sola Virgine diuinitas conciperetur,) mundum non erit, & liberum ab illius parentali, cum sit semen ex Adam sobole decerptum, quamvis ex sola femina. At hoc fundamentum est pla-

nè tuimofum, vt idem Autor rectè confirmat, propugnans verba D. Anselmi ex cap. 7. eiusdem libri, quæ D. Anselmi censoribus displicuerant, ob negatam seminis humani immundiciam priusquam informetur anima rationali.

Tantùm, vt hoc obiter addam, displicet in eo Auto-
re, quod S. Damasceno, (quamquam se eum non le-
gitè vitò fateretur,) ex aliorum relatione tribuit, nem-
pe quod senserit, semen Deiparæ fuisse aliquatenus
maculatum, ideoque à Spiritu sancto obumbrante ex-
purgeti debuiffe. Hoc ille grauiter reprehendit, pro
pleña ab initio Deiparæ sanctimonia vindex acer exur-
gens, his præter cætera verbis, quæ Deiparæ spureum
conceptum asserentibus, occurrere par fuerit. [Rogo te
Iohannes Damascene, vel quicumque es in sententia qua
putas Beatam Dei matrem, post Iannunciationem san-
cti Angeli, tunc primum in superuentione Spiritus san-
cti, amiffisse peccatum, vel fomitem peccati: rogo, in-
quam, te per eandem Beatam Theotocon, desiffisse:
Noli amolari in malignantibus; Cessa sincerissimum
vis incurtare; solve calciamenta pedum tuorum, quæ
impediunt progrefsum rectæ intentionis tuæ. Siqui-
dem zelum Dei habes in hac parte; sed forè non se-
cundum scientiam. Forfitan enim putas, in hoc erro-
re, Deo te obsequium exhibere. Quod si nolueris ces-
sare, scito quod terra hæc, quam calcas, deuorat habi-
tatores suos, vt ionem faciens in omnes filios diffiden-
tiae.] Placet zelus pro nitore Deiparæ. Displicet impa-
ctis D. Damasceno dica. Nam D. Damascenus 3. fidei
cap. quem locum allegant Anselmi censores, nihil
tale commentus est, quale ab hoc autore refellitur: sed
tantùm dixit, Spiritum sanctum obumbrantem, ne
quid à carnali concupiscentia in Christi generatione
exurgeret immundum, afflatu suo obfufiffisse, & virtu-
tem diuinitatis Verbi susceptum, præbuisse. Sed hæc
obiter, occasione criminationis malè intortæ D. Ansel-
mo, ob asseram immunitatem à peccato originis, in
eo de virgine sola diuinitus conciperetur, etiam si Deus
non esset. Id quod ex illa ipsa ratione colligitur, qua à
D. Anselmo probatum est, Christum non debuiffe
peccato originis inquinari, quia non ex sanguinibus,
nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex
Deo natus est.

*Firmatur posterior ratio ex D. Anselmo
proposita.*

105. Renouit in hanc ipsam rationem ea quam
alijs verbis larè tradidit Philippus Abbas Epistola 2. con-
tendens Christum caruisse peccato originali. [quia sic
accepit carnem de Virgine, vt illa complexus viriles nõ
fuerit, nec aliquã in concipiendo concupiscentiam præ-
fuerit.] Hæc enim ratio, quam tradit cur nos ex pec-
cato originali concipiamur, non est ita accipienda, quasi
sensu sit, ætiam carnalem parentum, esse rationem
proximum peccati originis: potuiffet enim æquè esse
ætius ille si Adamus non peccasset; & homo in pura
natura conditus, ad finem supernaturalem non fuiffet
euectus: Et tamen tunc homo, natus interuentu talis
ætius parentum, non contraxiffet peccatum originis.
Ita ergo accipienda est illa ratio, vt per eam conno-
tetur & infirmetur Adami culpa, per quam solum
de facto accidit, vt parentibus generantibus inesset
ea inordinatio. Atò solum quia quamuis alius quis-
piam immediatior Pater peccasset, V. G. Cain, eius so-
boles sine immediata siue mediata, non contraxiffet
peccatum originis, quicquid cum Scoto quem adducit
contendat Pelbartus lib. 4. stella. p. 2. art. 1. cap. 7. Pa-
trum enim initum à Deo erat, cum solo Adamo. Igi-
tur culpa ob quam labes originaria transfundenda
erat, non erat nisi sola culpa Adami. Talis autem culpa,
& matuitas ordinaria ex eo qui illam contraxit, est ve-

ra causa peccati originis. Itaque cum ea causa procul à
Christo abfuerit, mirum non est quod turpitudine il-
lius peccati non inquinetur. Merito ergo concludit
Philippus. [Fuimus quidem in Adam, fuit & Chri-
stus, sed nos duplici modo, simplici verò Christus: quia
nos secundum carnem & concupiscentiam, Christus
verò secundum solam carnis substantiam. Diores ita-
que nati sumus quàm Christus, secundum id dumtaxat,
quod de parentibus traximus: quia nos duo
quædam, Christus verò vnum quod solummodò traxit
de matre: vox nostra illa est: *Ecce in iniquitatibus con-
ceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*: quæ ni-
mirum à Christo longè est aliena. Vtinam tales diuitias
non haberem, vtinam non essem tali inuolucro præ-
pediens: Vtinam per angustam virtutum semitam, pau-
peratis & nuditatis beneficio, ceterem expediret.
Pulchrè Christi paupertas & nuditas commendatur:
ad quas etiam nos inuitans, qui mihi ait, *inmisit me
sequatur*. Vt quia non possumus vel eum præcedere, vel
ei aliquatenus coæquari; Studeamus saltem, eum etfi
à longè, sequendo tamen vtrumque, imitari: Beata
quippe Christi paupertas, quæ nostrarum diuitiarum
aculeos noluit experiri: quæ voce sua clamans ad Do-
minum, meruit exaudiri. Ille, (inquit) *pauper clamauit,
& Dominus exaudiuit eum*. Pauper à crimine, pauper à
vitijs, pauper non deponens, sed numquam assumens
gybbum camelorum: pauper suos æmulos beans, quia
vestrum, (inquit,) *est regnum calorum*. Beata etiam eius-
dem nuditas, quæ nostris non est panniculis inuolu-
ta, immo ab omnium delictorum maculis absoluta:
qua sibi tunicam Adæ pelliceam non assumit, sed in
nobis eam, sua simplici puritate, consumit.]

Alia eiusdem veritatis rationes.

106. Præterea remoti à Christo peccati originis, ea
quoque est idonea ratio, quæ ex fine ducitur. Christus
enim venerat tollere peccatum mundi. Illud inquam
vniuersale & generale peccatum, quod est virtute om-
nia peccata, & est seminarum malitiæ in nobis. Debit
ergo peccato illo carere, vt esset locus ei exultationi
quam prodit S. Bernard. hom. 4. de Vigil. Natiu. Dom.
verbis illis, quibus laeuam & dexteram ipsoni conside-
rat. [Quod in sinistra portat, attende, & conceptum
iuuenis sine semine. Intrare obsecro quale sit illud,
quàm admirabile, quàm amabile, quàm incundum.
Quid enim pulchrius, quàm generatio casta? quid glo-
riofius, quàm sancta, & sincera conceptio, in qua ni-
hil pudoris est, nihil sordis, nihil corruptionis? At
quoniam minus fortassis detineret nos, grata licet ad-
miratio nouitatis, nisi fructus quoque salutis, & vti-
litatis consideratio animum deleçtaret? conceptus iste
non modò gloriosus est in ipsa quasi exteriori specie,
sed & pretiosus in interiori virtute: vt secundum quod
scriptum est, *in sinistra Domini gloria simul & diuitie in-
ueniantur*; Diuitiæ, inquam salutis, cum gloria noui-
tatis. Quis enim potest facere mundum, de immundo
conceptum semine, nisi qui solus, sine omni illicita, &
immunda conceptus est voluptate? In ipsa radice &
origine mea infectus, & inquinatus sum, immunda est
conceptio mea; sed est, à quo tollatur ista confusio.
Ipse eam tollit, in quem solum ipsa non cadit. Diui-
tias salutis habeo, quibus redimam propriæ conceptio-
nis impuritatem, Christi purissimam conceptionem.]
Et infra. [Mater est sine corruptione Virginitatis, filius
sine omni labe peccati. Non cadit in matrem, Eux
maledictio, non cadit in prolem generalis illa condi-
tio, de qua dictum est per Prophetam; *Nemo mundus
à sorde, nec infans, cuius est vnus diei vita super terram*.
Ecce infans sine sorde, solus inter homines verax, imò
& veritas ipsa. Ecce agnus sine macula, agnus Dei qui
tollit peccata mundi. Quis enim peccata melius tolle-
ret, quàm in quem peccatum non cadit? Iste sine du-
bia

bio lauare me potest, quam constat inquinatam non esse. Hæc manus opertum luto detergat oculum meum, quæ sola sine puluere est. Ille mihi festinam educat de oculo, qui non habet trabem in suo; imò iste trabem educat de meo, qui nec exiguum puluerem habet in suo.]

107. Coniunctissimus Bernardo Richardus Victor. l. 1. de Eman. cap. 12. Christi exemptionem ab hoc peccato, confirmat ex causata per Christum puritate in matre. [Potuit ergo (inquit,) solus huius puerperæ filius pro hac parte cantare Canticum novum Domino. Sine iniquitatibus conceptus sum, & sine peccatis concepit me mater mea. Manifestum est itaque, quod ad destructionem peccati venit, qui in ipso mundi ingressu, maculam peccati de materna carne, non contraxit, sed deleuit. Si tantum sola eius conceptio valuit, ut concupiscentiæ fomitem, totiusque corruptionis radicem deleteret, quid quæso in expiationem corporis sui valere potuit natiuitas, humilitas, circumcisio, conuersatio, patientia, obedientia, passio, crucifixio? Si tantum valuit, quod gestum est vna hora, vel vnus potius horæ potiuncula, quid valere potuerunt, tot annorum tempora, in mysterium nostræ redemptionis impenſa? Qui potuit sub conceptionis suæ tempora, ex infusione gratiæ suæ materna viscera purgare, cur non credatur eos, qui eiusdem gratiæ participes esse voluerunt, quando & quomodo voluerit posse mundare? cur non credatur in quolibet nostrum naturam illam mundare posse, quam in Beata Virgine potuit non solum purgare, sed & honorare, sed & glorificare.]

Accedit quod is qui contrahit peccatum originis, est homo totus. Nec enim animæ, tamen subiecto inhaerentis huius peccati, aduenit hæc labe prius natura quam totum hominem compingat: quia filiorum Adam, atque adeo hominum est, eam labem contrahere. At prius natura quam anima Christi sociaretur. Corpori ad constituendum Christum, vnita erat Verbo Dei, atque adeo sancta, & Deo grata. Non fuit ergo simul maculata, & priuata sanctitate.

Repugnasse, Christum sordere peccato originis, monstratur, præmissa obiter vera ratione & modo transiſionis huius peccati.

108. Quæ hæcenus prolata sunt, manifestè probant, Christi animam nec reipsa subiaccuisse, nec debuisse subiaccere defectui in quo versamur. Addendum verò est neque subiaccere potuisse vlla vi, cum repugnantiam apertam inuoluat, Christum Domini hæc labe maculari: non modò nunc, cum non debuit, ob conceptum non ex voluntate carnis & viri, sed quamuis ex sanguinibus, sine ex coniugio conceptus fuisset; at sanè absolute loquendo concipi potuisset. Id quod rectè mecum affirmat Richardus Victor. l. 1. de Eman. c. 12. Hoc vt intelligatur, supponendum est, peccatum originis esse verum peccatum mortale, & propriè dictum peccatum, quod latè contra Durandum tractat. Baconus in 2. d. 30. quæst. vnica, art. 1. Et contra Zuñgillum Soto l. 2. de natu. & grat. c. 10. definitumque est à Tridentino sess. 5. & 6. Et patet ex eo quod paruuli baptizantur in remissionem peccatorum. Tamen hoc verum & propriè nominis peccatum, non est peccatum tam propriè quam peccatum actuale vt bene obseruauit Gul. Parisiensis l. de vitis cap. 10. & ex D. Thoma Capr. in 2. d. 30. ad argumenta Durandi contra secundam, satisque apertè tradit S. Augustinus l. 16. Ciuit. cap. 37. & l. 3. de lib. arbit. c. 19. Peccare enim, propriè loquendo, est agere. Vnde peccatum, maxime propriè loquendo, est actio; quod non competit peccato originis. Non enim est actio, sed mera carentia actus primi, ex quo existere suo tempore debuisset actus secundus, allequendo supernaturali fini hominis, opportunus. Itaque cum ratio peccati in genere moris, consistat in pugna cum fine vltimo; multo autem directius cum

sine vltimo pugnet actualis ab eo deflexio, quam carentia principij seu actus primi ad actus bonos formandos necessarij; perspicue efficitur, peccatum originis quamuis sit verè & propriè peccatum, tamen comparative seu præ peccato actuali, esse minus propriè peccatum: in hoc scilicet, quod sit carentia principij primi, necessarij in hoc statu, ad finem vltimum adipiscendum. Peccatum enim est species generis moris. At genus moris vniuersum, continetur tendentia ad finem vltimum humanæ naturæ, vel deflexione ab eo; ad quos actus secundos, cetera quæ moralia dicuntur, ordinem habent tanquam ad finem proximum. Quia enim actus secundus moralis, præsertim supernaturalis, non potest esse absque suis actibus primis; propterea cum actus secundus præcipitur, consequenter iubetur etiam primus: non quidem lege regulante & dirigente, quæ solas operationes, quippe solas directionis capaces, præstat: sed lege antecedente siue decreto diuino voluntate efficaci, quæ statum est, vt nemo huiusmodi actu primo careat, quod eliciat vel idoneus sit elicere actus affectionis finis opportuno, cum res feret. Estque necessariò concipiendū in Deo illa voluntas, ex quo intelligitur destinasse creaturas intellectuales ad finem supernaturalem. Nam in ea destinatione, inuoluitur voluntas vt habeant id per quod finis ille habendus est. Si ergo contingat aliquem ita destinatum ad finem supernaturalem, (cuiusmodi sunt in hoc statu omnes homines,) carere actu primo ad supernaturales actus finis vltimi consecutiuos, præsupponendo; hoc est forma sanctificante; talis homo subiacebit peccato, seu defectui alicui generis moris supernaturalis; ei non absimili quod à Philoſopho 2. phys. vocatur peccatum naturæ. Sicut enim monstruositas, dicitur peccatum naturæ, quia est defectus aliquis contra perfectam constitutionem naturæ, quæ hoc illudve quod deest, postulat; ita defectus principij supernaturalis, necessarij ad constituendum absconditum cordis hominem, vt operari in suo ordine possit, & ad finem suum tendere, iure dicitur peccatum; non quidem actuale, quia non est defectus in actu secundo, sed tanquam defectus actus primi.

109. Vt autem hic defectus, rationem peccati suo modo habeat, frustra in eo quaeritur ratio voluntarij & liberi, etiam si tantum in alio: nam ne in alio quidem, liberum esse necesse est, quod peccatum eo modo dicitur. Nulla enim ratio liberi inueniri potest, in infante subeunte peccatum originis. Nec mirum rationem liberi aut voluntarij ad huiusmodi peccatum non desiderari; nam cum malicia huius peccati non sit defectus actionis, sed tantum defectus principij & actus primi, facile est aduertere, huiusmodi peccatum non postulare pro fundamento generis moris, libertatem; sicut facit peccatum actuale, sed absque ea habere totam malitiæ suæ rationem; licet ad modum conditionis extrinsecæ, vel occasionis, præsupponat peccatum aliquod actuale, occasione cuius Deus subtrahat gratiam quam consequenter ad hominis destinationem à se factam, conferret: ita vt non secus se habeat voluntarium ad hoc genus peccati, quam ad rationem penæ, quæ vt sit penæ, nec duntaxat malum aliquod, debet præsupponere voluntarium; quod tamen non est fundamentum incommodi quod in penæ est, nec est de eius constitutione. Similiter ergo voluntarium, etiam in alio, non pertinet ad huius peccati constitutionem; nec est illius fundamentum intrinsecum, sed tantum occasio requisita, vt posset denegari gratia. Quod vnum voluerunt Pontifices, cum damnarunt articulum 46. Doctoris Louaniensis, quo negauerat, voluntarium esse de ratione cuiusvis peccati, dicensque non omne peccatum habere respectum aliquem ad voluntatem liberam.

Ex his paucis, quæ hic tacta, plenè alibi sunt discussa.

superficiem habetur, priuationem gratiæ, in hominibus procreantur ex Adamo & destinatis ad finem supernalem, carentibus tamen principio ad id necessario; esse verum peccatum; sed alterius rationis quàm actualis; Transfundi autem per generationem ex primo homine; quia cum ille pacto non steterit, vi cuius si ei detulles, infundenda erat in generatione sanctitas, merito ob defectum prædictæ conditionis destituitur gratia. Quod iuxta modum philosophandi propositum, non difficile intelligi videtur. Abucata opusc. 6. id declarat exemplo. *Sicut Agricola* (inquit) si accipias palmitem, tinctumque oleo plantis; olei qualitate, in ipsum etiam fructum, hoc est in vnam redundat. Sic & Adamus, cum naturam omnis macula exemptum excepisset, eam peccato, variisque affectibus contaminauit, cuius contagio ad nos vsque manauit. *Guilielmus Parisiensis* l. b. de vitiis & peccatis c. 1. adducit ad hanc veritatem, exemplo maculati, aut notati genituarum, quæ in nonnullis, ex matris pregnantis vel concipientis imaginatione contingunt. Id quod etiam in equis & columbis variegatis, cum porporeis aliæve colore producendis, vbi esse tradit *Oppianus* l. 1. de venat. ad versu 327. vbi *Ritterhus* ex *Guilberto Longelio* dialo. de animalibus refert, panes in Noruegiæ illatas, varij vi asolet coloris, omnes innotantes, & niniuum alborem oculis semper obuertere habentes, albos panes excludere. Similiter ergo peractam primi parentis intra quem continebatur imaginationem, intemperantiæ suæ notam nobis omnibus impressit, ratiocinatur *Guilielmus*.

Nec minus apta, vel etiam aptior esset manu ductio et illa notis gentilitis & toti alicui familiæ, aut genti communibus, quarum meminit *Aristoteles* 7. histor. cap. 2. & ex aliis *Dalechampius* ad l. 7. *Plinius* cap. 12. *laetius Prius* decade 1. c. 7. necnon *Tiraq.* cap. 36. de nobilit. *quæda supposita* vocat *Aristoteles* in arte Poëtica. Sic *Spartatis*, lancea; *Pelopidis* non eburneus vultu in fibulis, sed nota aliqua ebur referente impressa hominis, signum gentilitium erat, vt est apud *Nazarenum* Epistola ad *Themistium*. Apud *Heliodorum* luo. Caricia orbiculo nigro, forma eburni brachij impressa, tanquam ex signo gentis proprio, agnita est post longam ex domo paternæ ablegationem. *Antochorum*, *Seleucidarum* gentium notam, memorat *Iustinus* l. 14. & *Aulianus* in claris viribus, cum de *Antiochia*. *Conzanorum* Reges, aquilæ nigre insignem huiusmodi impressum à natura, designat, vt est apud *Macam* *Venerum*. Quemadmodum ergo prædicti, naturalem illam notam habere, quia ex maioribus similitudinis affectibus prodibant; (quantum interdu luctu nature, filios signis illis destitui, eadem verò in reprobis regenerari, notant supra *Aristoteles*, & *Plinius* cap. 11.) Ita quotquot ex parentibus primis prodierunt, in illi characteres paternæ inobedientiæ tanquam nota gentilitis, vitam salutaris. Et quemadmodum in corporibus id accidere nemo dubitat, tam frequentem experimento contestante; rationem tamen perspicuam & idoneam notarum illarum reddere, est admodum operosum, ita in fici prolem & notari gentilitis huiusmodi signate, dubitare non licet: quamvis modus quo notatur, non esset adeo liquidus. Quæquam vt præmissum est, videtur iuxta prædicta intelligi ratio huius peccati non incommode.

Repugnantiæ proposita, concluditur.

110. Perspicue quoque ex doctrina proposita constat, implicare manifestè vt substantia animæ Christi, procreandi sanctitatis debite subiacere potuerit. Nam animæ Christi erat physicè copulata cum sine vltimo in persona Verbi. Tantum ergo abest vt ab eo potuerit scelli, vt potius coniunctio cum eo, & Deus ipse, esset

Theoph. Raynaldi Christum.

de constitutione Christi. Ex ea autem physica copulatione cum personalitate Verbi, conuequebatur connaturaliter gratia sanctificans. Tamen sanctitas increata Dei, per modum formæ moralis sanctificabat animam cui immediatè iungebatur; & eaque fragrantia & vnguenti diuini suauitate delibata anima, impossibile erat vt putorem peccati suboleret. Multo enim magis cum diuinitate sic inungente & perfundente ad modum formæ moralis, pugnat peccatum quodcumque, & nominatim illud quod in sola sanctitatis priuatione situm est, quàm cum gratia sanctificante creata, homini accidentariò adueniente per modum formæ physice. Attingit hanc radicem exclusionis peccati originalis à Christo, *S. Ambrosius* l. 2. in *Lucam*, ad illa verba capituli 2. *omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur*. Ait enim *Christum* dici sanctum quia immaculatus erat. [Non enim vitilis coitus, vuluæ virginalis secreta referant, sed immaculatum semen inuolabili vtero Spiritus sanctus infodit. Solus enim per omnia ex natis de femina sanctus Dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non senserit, & cælesti Maiestate depulerit.] Nouitate cælestis partus, insinuat ratio ubi quam ostendimus Christum debuissè originali labe carere, quia non erat natus ex voluntate vitæ & carnis. Depulsio verò eiusdem labis per Maiestatem cælestem, continet rationem nunc propositam, ex diuinitate tanquam vnguenti humanitatem perfundente, & animam Dei Verbo copulatam supra omnem æstimationem sanctificantem.

111. Concludamus itaque cum *Petro Cellensi* l. 7. de tabernac. in tractatione mystica verborum illorum, *penesq; in arca sanctificationem quam dabo tibi* Arcam enim interpretatur Christum, verba autem proposita, ad Christi sanctificationem facta ab initio conditi Christi factam, accommodans, subdit. [Eodem ordine nec non & ratione, prius arca constituitur, ac deinde testificatio poni in ea decernitur, quo prius facta, & ornata habitatione mundana, homo tanquam habitator & Dominus, ad vltimum creatus fuisse refertur. Nusquam profectò testificatio diuinitatis corporaliter reponenda, nisi in corpore Iesu, nisi in arca sanctificationis nisi in anima singulariter Deo digna, quæ fornace Spiritus sancti in creatione sua, coagulans originalibus carens excocta est, vt tam esset à peccato remota, quàm Deo vnita; Nec peccato præoccupata est, quam præuenit Deus in benedictionibus suis, vt quasi Spiritus laboraret in purgationibus eius, quam præparabat in diuinis desponsationibus: sed tam affuit sanctus in creatione, quàm pius in Verbi coniunctione. Nulla denique temporum distantia interveniente, arca constituitur, & demum testificatio in ea ponitur: sed simul arca animæ & corporis Iesu, cum impositione diuinitatis compingitur, vt assumendo crearetur, & creando assumeretur, & sanctificando assumeretur, siue crearetur, & assumendo crearetur, siue sanctificaretur.] Vsum huius doctrinæ, dabo in calce sequentis capituli.

CAPVT VI.

Sanctissima Christi anima decora, ex illustrioribus eorum in Scriptura typis, iuxta Patres, per Satyram.

112. Quid circa corporis Christi ornamenta superius præstiterimus, recensentes selecta quedam eorum nomina, præsertim typica à Patribus in Scripturis obseruata, præstare hic itidem circa animam aggredimur, eodem ordine; hoc est tumultuatè atque per Satyram.